

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 18 : De Deucalione](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 18 : De Deucalione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[114\] : De Deucalione](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 17 : \[18\] De Deucalione](#)

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 18 : De Deucalion](#)

est une traduction de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 19 : De Deucalion](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 896-801

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Deucalion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

vt ait Apollod. lib. 3. Ab hoc fluuio regio vniuersa in agro Thebano iuxta Cithæronem montem Asopia vocata fuit, vt est apud Strab. lib. 9. Pausanias scripsit in Corinthiacis Asopum omnē in finibus Phliasionum suos ortus habuisse, qui per Sicyoniorum agrum lapsus in mare intrat iuxta Corinthum. At qui cum multi fuerint Asopi, rationi conuenit & varias regiones, & varios ortus illis fuisse assignatos. At finxerunt antiqui Asopum fuisse hominem, cui actiones istas tribuerunt. Alij hominem fuisse verè crediderunt, qui, quoniam terram fortè excuās Asopi fluuij fontes reperisset, obtinuit vt fluuius de suo nomine diceretur. ¶ Aiunt hunc fuisse Iouis, vel Neptuni, vel Oceani filium, quòd ex aere in aqua verso oriantur flumina, vt ait Aristot. in Meteor. vel quòd mare principium est omnium fluuioꝝ. Huius filie multe dicuntur, quæ sunt vel riuus, vel aquarum proprietates, quæ multa nomina sortitæ sunt. Fabulantur illum rapta filia fuisse fulmine percussam cum Iosem insequeretur, quia siccitas cæli & calor iam riuos exiccauerit, & cum ipse fluuius extenuatus in vapores verteretur, Iouem insequeretur, & ob calorem propè exiccatus fulmine dicitur percussus. Fuit enim maxima siccitas aliquando in agro Thebano & in Ægina, quare locus datus est fabulæ. At nūc de Deucalione dicamus.

De Deucalione.

CAP. XVII.

DEUCA LIONIS diluuium, & aquarum copia, quæ fuerit, nemini obscura est; at cur illud diluuium ita factum sit, pauci omnino tradiderunt, sed nos vt in cæteris consueuimus, hoc etiam explicemus. Fuit Deucalion Promethei filius, vt scripsit lib. 3. Apollonius:

Ἰθα προμηθεύς

ἰαπτιονίδης ἀγαθὸς τίκε δούκλιωνα.

hic namque Prometheus

Filius Iapeti clarum edidit Deucalionem.

At Homer. libro 5. Iliad. Deucalionem Minos filium fuisse inquit in his:

μῖνος δ' αὖ τίκετ' ἀμύμονα δούκλιωνα.

Edidit hinc Minos præclarum Deucalionem.

Herodotus verò Promethei & Clymenes filium fuisse scripsit, Hesiod. Promethei & Pandoræ, quod etiam Strabo testatur libro

libro nono. Alij Minobis, & Pasiphaes, alij Astenj & Cretæ. Hi enim Minois recensentur. Castreus, Deucalion, Glaucus, Androgeus ab Apollodoro: filia: Hecale, Xenodice, Ariadna, Phœdra. Istud autem accidit, ut varij parentes Deucalionis dicantur fuisse, non solum quòd ob antiquitatem rei dissentiant scriptores, sed etiam quia diuersi fuerunt Deucaliones, cum tamen omnia de Promethei filio dicantur. Hic habitauit in Cydno Loctridis, ut ait Strabo lib. 9. vbi planities fuit fertilissima inter Cydnum & Opuntem, ut ait Apollonius lib. 3.

ἔστι τις αἰπυῖσι πῶδ' ἰσομοί ἕρσι γαῖα,
πείμπασ' ἰσθρῶος τε καὶ ὄβροτος ἴσθα προμηθεύς
ἰαπιτυῖδ' ἀγαθὸν τίμα δδουγλίωτα.

*Est tellus quadam circumdata montibus altis,
Irrigua atque ferax herbarum. hic namq; Promethem
Filius Iapeti clarum edit Deucalionem.*

Lucianus in Dea Syria Deucalionem Scytham fuisse inquit illum sub quo fuit diluuium, his verbis: αἱ μὲν οὖν πολλοὶ ἀδικολοῦσά τον σκύνια το ἰσθρῶος αἰμα λήγαι, τῆτον ἀδικολοῦσά, ἐπὶ τῆτον πολλὸν ὄβρο γαῖατο. *Multis sane Scytham Deucalionem sacellum hoc exisse inquit, cum inquam Deucalionem cuius tempore multa fuit inundatio.* At Pausanias in Atticis Iouis Olympij templum fuisse vetustissimum Athenis scribit a Deucalione extructum, & ipsum Deucalionem habitasse Athenis, cuius etiam sepulchrum fuit Athenis non longè ab illo templo. Hunc imperasse Thessaliæ constat, quem etiam Regem ita appellauit Herodot. in Clis: ἐπὶ μὲν γὰρ ἀδικολοῦσά το βασιλῆος οἰκίς τῶν θηῶτων. *Tempore regis Deucalionis Thessaliæ habitabat.* Hic Pyrrham habuit uxorem Pandoræ & Epimethei filiam, ut ait Proclus, de cuius nomine vocata fuit Thessalia primum Pyrrha, ut testatur in his carminibus Cretensis Rhianus:

πύρρα δὲ ποτὲ γίγγη παλαιότεροι καλέσκειν
πύρρα ἀδικολοῦσά ἀπ' ἀρχαίε ἀλόχοιο.
λίμνη δ' ἐξ αὐτῆς ἀφ' λίμνοιο, ὄνρα πηλασγῶς
γῆνατο φέρτατον ἕστ. ὁ δ' αὖ τίκε θιασαλόταμοιο.
τῆ δ' ἀπὸ θιασαλίω λατὶ ματιφημίζαντο.
*Hanc Pyrrham dixere rariet de nomine Pyrrha,
Vnde rarisca fuit quæταρνη Deucalionis.*

*Hamonia est & rursus ab Hamone dicta Pelasgi,
Quem clarum genuit natum: hic at Thessalonamum,
A qua Thessalici populi sunt inde vocati.*

Dicitur est Deucalion Hellenem, qui nomen dedit Græciæ, filium habuisse, & Protogeniam è Pyrrha, & Amphictyonem, & Melantho, cuius ex Neptuno filius Delphus Delphis nomen dedit, ut scripsit Euphorion: Atqui multi fuerunt Deucaliones, ut constat ex antiquorum scriptorum testimonio: unus Promethei & Clymenes, alius Minos & Pasiphaes, ut ait Phercydes: alius Abantis & Asopix, ut scripsit in primo tenum Arcadicarum Aristippus: alius Haliphronis & Iophossæ nymphæ filius, de quo mentionem fecit Hellanicus: alius Asterij & Cretæ Halymonis filix, quæ Cretæ nomen putatur dedisse, de quo mentionem fecit Apollodorus Cyzicenus: alius rursus Promethei & Pandoræ, de quo dictum fuit, ad quem omnia propè cæterorum facta referuntur. Habuit filiam præterea Protogeniam è Pyrrha, & Hemonem à quo Hemonia, & Melanthiam. Memoriz prodidit Andro Teius magnam sceleratorum hominum frequentiam fuisse Deucalionis tempore, cum frequentes omnino essent homines ubique. Est enim illa consuetudo, ut cum difficilius in magna multitudine viuatur, difficultas victus & astutiores, & peiores homines efficiat. Nam fames neque Deorum religionem, neque maiestatem legum, neque autoritatem principum veretur, quare omnia scelerum genera per annonæ difficultatem oriuntur. Hinc nascitur Deorum indignatio, & acerbitas bellorum, qualia fuerunt Iouis consilio & OEdipodis & Priami tempore, cum vniuersus propè terrarum orbis iis bellis exarserit. Inde Iouis eiusdem consilio grauissimæ exortæ sunt pestilentix ad delendas sceleratas nationes, quare Furix solio Iouis assidere dictæ sunt. Est enim eadem ciuitatum, quæ corporum etiam singulorum hominum natura: ut cum multis malis hominibus, tanquam noxiis humoribus, repletæ fuerint, diuina ita statuente providentia per aliquas calamitates expurgentur, cum nihil humanum in summo vertice diu consistere possit, & proxima sit semper peccatorum eximix magnitudini diuina ultio. Quod autem maxima esset perditorum hominum multitudo, ita significauit Ouidius libro primo Metamorph.

Occidit vna domus, sed non domus vna perire

Digna

*Digna fuit: quâ terra patet, fera regnat Erinnyis.
In facinus intrasse putes.*

At verò Deucalion vir bonus & pius habitus est, qui Deorum etiam immortalium primus templa edificauit, & ciuitates condidit, vt ait Apollonius lib. 3.

Ἰαπυτιονίδης ἀγαθὸν τῆσι ἀδικαλίαις
ὅτι πρῶτος ποίησε πόλιν, καὶ ἰδρύματα θεῶν
ἀθανάτοις, πρῶτος δὲ καὶ ἀνθρώπων βασιλευσθαι.

Felix lapeti clarum edit Deucalionem.

Condidit hic primus vrbes ac templa Deorum:

Mortales inter primus regnauit & idem.

Cum igitur vitæ integritate, & sanctitate, & erga Deos immortales reuerentia Deucalion & Pyrrha cæteris hominibus præstarent, de quibus ita scripsit Ouidius libro primo:

*Non illo melior quisquam, nec amantior aequi
Vir fuit, aut illa reuerentior vlla Deorum.*

In quadam arca, vt i monitus fuerat à Prometheo, rebus necessariis eò comportatis seruati fuerunt, quam Lucianus in Timone κρηστὴς appellauit, at Andro Teius λέρνακα. vnde Parnassus mons, quod illuc scapha illa appulerit, Larnassus antea dicebatur; deinde mutata prima litera nominatus est Parnassus. Cum terra multos dies sub aquis latuisset, vt experiretur an aquæ decreuissent, & an longè abesset à terra Deucalion, columbam quandam quam secum habebat dicitur emisisse, vt testatur Plutarchus in libello de industria animalium. Id cum sepius fecisset, eaq; citissima eò reuolasset, quia non habebat vbi consisteret, intelligebat Deucalion aquas nondum satis decreuisse. verum cum auolasset denique, neque amplius rediisset, intellexit siccum iam alicubi esse terræ solum, & id non longè abesse: quare Deucalion eò cum scapha traiecit, quò egressus cum Pyrrha Themidis oraculum, quæ tunc responsa dabat, adiuit sciscitaturus quo pacto, si ira Dii placeret, posset humanum genus reparari: quod quidam apud Cephisum amnem accidisse memorizæ prodiderunt. Id autem respòsum tulerunt vt velatis capitibus ossa matris post se iacerent, quibus diu cogitatis partim difficillimum, cum omnia limo obducta essent, partim etiam impium Dæ respòsum visum est, si etiam mortuorum ossa, quæ vbi essent, nescirent, effodere & mouere iuberentur. At venit in mentem deniq; Deucalioni communiã

omnium matrem & altricem esse terram, cuius ossa iure sacra dici ob duritiam possent. sic autem rem expressit Ouid. lib. 1.

*Atque ita, Si precibus dixerunt, numina iusti
Vitta remollescent, si flectitur ira Deorum.
Dic Themis, qua generis damnatum reparabile nostri
Arte sit, & mersis fer opem mitissima rebus.
Mota dea est: sortemque dedit: Discedite templo,
Et velate caput, cincti, usque resolute Vestes.
Ossa que post tergum magna tectate parentis.
Obstupere diu: rumpitque silentia Voce
Pyrrha prior, insuamque Dea parere recusat:
Detque sibi Ventam pavido rogat ore, pavetque
Ladere tactati maternas ossibus Umbras.*

Nam cum illa audivisset Deucalion, statim postea subiunxit:

*Magna parens terra est, lapides in corpore terra
Ossa reor dici: sacere hos post terga iubemur.*

Verum hanc rem brevissimè complexus est Iuvenalis in prima Satyra his carminibus:

*Ex quo Deucalion nimbis tollentibus aquor
Nauigio montem ascendit, sortesque poposcit,
Paulatimque anima caluerunt mollia saxa,
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.*

Quod ipsum ita declararunt fabulatores, cum populi lai dicti sint à Græcis, & laus lapis, ut est in his:

*Ἰκ δὲ λίθων ἰγίνοντο ἄποτοι, λαοὶ δὲ καλοῦνται.
E. saxa homines nati, lai que vocantur.*

Arrianus tamen in libro secundo rerum Bithynicarum Deucalionem in atocem, locumque eminentiorem tunc Argi confugisse inquit ex illo diluuiio, quare post illam inundationem Ioui Aphelio liberatori scilicet aram erexisse, qui locus postea Nemea à pabulo pecudum, quæ frequentes ibi pascebantur, fuit nominatus. Nec me præterit in eo Iouis Olympij templo, quod fuit apud Athenienses, fuisse quandam voraginem ad cubiti fetè altitudinem, in quem hiatum aquas defluxisse memorent per Deucalionis eluionem, in quem etiam quotannis polentam cum melle & farina triticea porricere consueverunt. post illam inundationem, ut ait Thrasylbulus in historia, sumptis iis qui erant superstites Dodonam habitauit, quam regionem ita ut ab vna Oceanidum appellauit, ut scripsit in

his

suis commentariis etiam Acestorius. Memoriae proditum est tamen à Pausania in rebus Atticis Megarum Iouis & vnus Sighnidum nympharum filium in Geraniae verticem diluuium effugisse, cum mons nondum illud nomen haberet. nam cum Megarus gruum interuolantium vocem secutus illuc aduentasset, quia grus *γίγαντις* à Græcis diceretur, montem Geraniam nominauit. Hæc illa sunt quæ de Deucalione memorantur ab antiquis: nunc cur ita ficta fuerint, inuestigemus. Deucalion fuit vir bonus & iustus & pius, qui ob æquitatem religionemque suam, non solum Promethei siue prudentiæ filius fuit creditus, sed etiam ab aquarum impetu Deo protegente seruatus, cum nefarii omnes viro tempore petissent. est enim initium sapientiæ timor domini: quare fuit prudentiæ filius Deucalion. cum viros bonos mergi omnino non patiatur Deus, quos fluctuare patitur, idcirco in arca seruatus Deucalion & Pyrrha eam tempestatem euaserunt. at cum rursus rudes homines, & religionis cultusque Deorum ignari nascerentur, dicti sunt lapides, qui à Deucalione ad potiorem vitam, & à Pyrrha informati fuerunt, in homines conuersi. Hæc igitur fabula ad probitatem, & ad cultum Deorum homines adhortabatur, quæ excepta est, vt mihi quidem videtur, è sacris literis. At nunc de Ione dicamus.

De Ione siue Iside. CAP. XVIII.

FVIT IO, quæ Iunonis zelotypia in candidam vaccam conuersa est, vt scriptum fuit à Cæcrops, Argi & Ismenes Asopi filia vt verò ab Acestorio, Neptuni & Hallirthoes, quæ tamen Acusilaus Pyrenes filiam putauit, quæ fuerit Iunonis sacerdos, vt scripsit Apollodorus lib. 2. bibliothecæ. communior tamen fuit scriptorum sententia, quòd ea fuerit Inachii filia, vt scripsit Ouidius libro primo Metamorph.

*Inachus vnus abest, imoque reconditus antro
Fletibus auget aquas, natamque miserrimus Io
Luget et amissam.*

Qui Iunonis sacerdotem fuisse dixerunt Ionem, illam vaccam à Iunone conuersam fuisse tradiderunt, vbi illam à Ioue vitiatam comperisset. tum verò iurauit Iupiter se minimè cum illa fuisse congressum. Hanc tamen Iuno à Ioue munus poposcit, & Argo Arestoris filio, vt ait Myrleanus, Asclepiades, vel Terræ,